

NOVEMBRI & DECEMBRI.

His duobus mensibus, Novembri videlicet ac Decembri, eadem erit ratio, si modo in eis cōtigerit eiusmodi cæli temperies, ut radices adhuc validæ nulla vel frigoris vel nivis tempestate cōcutiantur. nam sæpe iisdē mēsisbus contingit, ut sine ulla cæli iniuria Pharmacopœis quod reliquum est radicū in hortis remanentium, æque ac in præcedentibus, colligere liceat.

Sequuntur & nonnulla purgantia medicamenta M. Lobelii.

ALIQVOT

MEDICAMENTA

COMPOSITA

HABERE IN PROMPTV

OPERÆ PRETIUM.

DOLUM esse, si quis Compositis utatur, Villanovanus dixit, ubi in promptu habentur Simplicia: Variis tamen de causis nonnulla Composita pharmaca non minus utilia quam necessaria sunt. Prima & potissima, quotiescumque præcipites implicati morbi, eorumdemque sævissima symptomata adeo urgent,

gent, ut nova medicamenta, Magistralia vocata, repente per otium concinnare non liceat. Secunda, & alia, quia multa comprobata, & usu & ratione recepta compositiones fermentatione egent; unde nova & optata exoritur facultas; quandoquidem simplicia quovis loco, calo, & solo, ad manum esse nequeunt, ideo quo tempore maxime vigent, in annum usum ex his composita nonnulla medicamenta preparari, permisceri & asservari opera pretium est, ut Theriaces compositio, Mithridatica, Philonis antidotus, & huiusmodi. His rationibus ductus, quia medicamento purgante indicis utendum, aliquot tuta eaque pauca pharmaca composita, blando nulloque labore evacuantia, singulis humoribus dicata, nobis elegimus; quibus diu felicissime usi sumus, & ex duabus tribusve compositionibus unam fecimus, ne mole & copia compositionum obruamur; que diu in officinis asservari solita, saepe putrent, non sine Pharmacopœorum & agrotantium dispendio.

CHOLAGOGVM ROSATVM

CLEMENS, OMNI ETATI UTILE;
 ori, ventriculo & visceribus gratum; febris
 & affectibus biliosis aptum. Respondet Ele-
 ctuario Rosato, & Electuario è Prunis soluti-
 vo, & Electuario è Psyllio.

℞. Succo Rosarum rub. ꝯ xv
 Sacchari albi ꝯ xxx. [xxxvj. al.]

Mel.

Mellis candidi despumati ℥ vj.

Prunorum ℥ xx. quæ exhibent pulpæ
solidiusculæ ℥ vj.

Passularū à stipitibus mundatarum ℥ xij.
quarum pulpa solidiuscula est uncia-
rum vj. Pruna & Passulæ coquantur se-
paratim ad mollitiem ex decocto se-
quenti, & per setaceum cernantur:

℞. Cichorei totius
Boraginis Acerosæ
Polytrichi, vel Adianthi } ana m. iij.
Endivix

Hordei integri m. j.

Glycyrrhizæ mundæ ℥ j. ℞.

Florum Violarum

Boraginis ana m. j.

Anisi ℥ iij.

Fiat omniū decoctio in ℞. aque ad ℥ iij.

In cuius colatura coque in vase occluso

Pruna & Passulas. In residuo infunde, co-
que leniter

Seminis Psyllii

Quatuor seminū frig. maiorū } ana ℥ ℞.

Sem. Lactuæ

Oxalidis

& Portulacæ contusorum

Dissolve gummi Tragacanthi ℥ j. ℞.

Saccharum, Mel, & Succus Rosarum co-

quantur ad Electuarii solidiusculi con-

sistentiā: deinde pulpæ & emulciones

feminum addantur, iterumque coquan-

T 2

tur

tur lento admodum igni; tum demum
insperge pulverum

Cinnamomi electi ℥ β.

Santalorum rub. ℥ j. β.

Santal. alborum ℥ vj.

Caryophyllorum

Surculorū vel foliorū Lētisci } ana ℥ j. β.
vel Caryophyllorū ℥ ij. ℥ j. [*in pe-
nuria foliorum. Lētisci*]

Macis ℥ iiij.

Adde denique singulis lib. sive ℥ xij.
huius Electuarii, Scammonii optimi ℥ j.
cocti in ℥ j. β. Succi Rosarum lento igne
vel cineribus calidis, quemadmodum co-
quitur à Mesue in suo Elect. Rosato.

Tota compositio est librarum v. & ℥ v.
Dosis à ℥ iiij. ad ℥ iiij. v. & vj.

Si velis minus purgare, utere minori
dosi. medicamenta enim validiora minori
dosi assumpta, debilia sunt.

Hæc & quamplurima huiusmodi purgā-
tia, in Chylismata redigere operæ pretiū.

EXTRACTVM MELANAGOGVM,
SANGUINEM DEFAECANS, ET
serosa excrementa evacuans, omnibus cutis &
cuticula vitiiis, lepra & elephantiasi cōueniens,
sive à bile, sive à pituita salsa: Splenicum &
Hepaticum medicamentum efficax.

℞. Succorum Rosarū rub. defecatorū ℥ ij.
Suc.

Suc. Fumarizæ
 Lupulorum
 Boraginis
 Pomōrum dulcium
 Mercurialis
 Endiviæ vel Cichorei
 Vini albi

} ana ℥j.

Quibus decoque sequentia in balneo
 operculo occluso.

℞. Polypodii recentis, & adhuc v̄ridis è

Quercu vel Fraxino ℥ vj.

Foliorum Senæ mundatorum ℥ ix.

Summiratum & florum Thymi,

Cassithæ

& Absinthii

} ana ℥ vj.

Radicū Lapathii acuti virentiū

Helenii Ebuli, vel

Corticis radicū Sambuci

Corticis rad. Fraxini

& Populi nigri (trichi

Capillorū Veneris vel Poly-

Asplenii Chamædryos

Chamæpityos

Florum Chamæmeli Romani

& Cotulæ foetidæ sive Parthenii ana m. j.

Seminis Cnici ℥ iij.

Seminis Anisi

Fœniculi

Carvi

} ana ℥ vj.

Contusis, infusis, decoctis, expressis &

transcolatis infunde

℥ 3.

Agg-

Agarici candidissimi & levissimi
 Hermodactylorum, &
 Pulpæ Colocynthidis ana ℥ j.
 Omnium Myrobalanorum ana ℥ ij.
 Zingiberis Cinnamomi
 Schœnanthi Macis
 Galangæ Garyophyllorum } ana ℥ j.

Iterum expressa & defæcata percoquantur lento admodum igni, cum mellis candidi ℞. tribus, ad mellis vel Electuarii liquidi crassitudinem. Addendo singulis ℞. Scammonii præparati vel cœsti in succo Rosarû, ut ante diximus, ℥ ℞. pul. Gummi Arabici ℥ j. Dosis a ℥. iij. ad ℥. iiij. & vj.

Extremis morbis adiiciuntur universæ compositioni

Hellebori albi

& nigri ana ℥ ℞.

Fiat Chylariû. Dosis à drachmaj. ad duas.

CATHARTICVM
 HYDRAGOGVM.

℞. Radicum Graminis ℥ vj.

Rad. Afari ℥ j.

Granorum Hederae arboreae ℥ iiij.

Garyophyllorum Galangæ tenuis
 & Cinnamomi ana ℥ ij.

Coquantur ex arte, ut dixi modo, in
 ℞. aquæ mulsæ, & ℞. vini albi, ad ℞. j.
 Colaturæ adde Succorum rad. Iridis &
 Brassi-

Brassicæ marinæ ana ℥. β.
 Succoũ Chamælee } densatorũ, ut docui-
 & Thymelææ } mus capite de Cha-
 mælæa, ana ℥. iij.

Vel eorundem vice in regionibus frigi-
 dis, quæ carent vel non abundant Cha-
 mælæa & Thymelæa, sume

Extracti Laureolæ vel Gratiolæ ℥. j.
 Percoquantur igni lento cum Sacchari
 ℥. j. Ab igne ubi abstuleris, adde pulveris
 Radicis Mechioacæ ℥. j. β.

Tartari albi & Spec. Aromatici Rosari.
 ana ℥. β.

Macis ℥. ij.

Olei Stillarum Cinnamomi, Garyoph. &
 Anisi ana ℥. β.

Datur ex aqua Graminis & mulsa à ℥.
 iij. ad ℥. iij. cum pari quantitate Melano-
 gogi, & Asari decocto.

DIACNICVM CVM CITRO,
 SOLUTIVUM, PHLEGMAGOGVM
 & Hydragogum, quartana febre affectu, ut s̄
 quod aliud, utilissimũ. Respondet Diacariba-
 mo & Electuario à Citro solutivo Monspelien-
 sium.

Hæc Compositio à Cnico sive Caribamo
 nomen accepit, tanquam precipuo agente: me-
 rito igitur ℥. iij. Medullæ seminis Cnic.
 cum Rondeletio legendum, pro ℥. iij. (ut de-
 pra-

*pravate habent omnia exemplaria) censemus. Ad
hac Cnici semen omnium viscerum obstructiones
referat, colluviem propellit, & pituitam purgat
egregie.*

Recipit autem Medullæ seminis Cnici
℥ iiij. vel eius loco sume seminis Cnici
boni & pleni ℥ xiiij. ʒ vj. ʒ ij.
(ex ʒj. autem seminis habebis 6 vj. me-
dullæ)

Contundantur, & fiat emulsio ex aqua
mulsæ, vel iure gallinacei, ut docet Diosc.
Confer. Corticis Citri melle conditi [ad
deterfionem pituitæ] ℥ j. β.

Confer. Violarum &

Florum Boraginis ana ʒ x.

Carnis Dactylorum vino albo macerato-
rum ℥ j.

Pul. specierum Diatragacanthi frigidi
℥ j. β.

Turbith ʒ j. ʒ vj.

Diagridii vel Scammonii ℥ j.

Zingiberis albi ʒ ij.

Hermodactylorum ʒ iiij.

Spiritus Anisi, vel

Fœniculi Cochlearis tria

Mellis optimi despumati ʒ xij.

Sacchari albi ʒ xx.

Dissolvatur in ʒ j. β. Succu Cydoniorum
& f. q. aquæ mulsæ.

Terenda terantur & permisceantur.

ANTI-

ANTIDOTI DIAPHOENICI

Mesua emendata descriptio.

℞. Dactylorum Cheyron, id est, è Chayro oppido, non Cirrhon sive fulvorum, ut male ex Græco vertit Ruellius, nonnullas officinas secutus, ℥ xij. & β.

Macerentur vino albo [Rondelet.] loco tepido ad mollitiem, terantur, cernantur per cribrum.

Pinearum (non Penidiorum) aqua hordeimundatarum & infusarum ℥ v.

Turbith optimi ℥ iiij. ℥ iiij.

Amygdalarū dulcium purgatarū ℥ iiij. ℥ vj.

Scammonii ℥ j.

Zingiberis Piperis longi

Cinnamomi Macis

Galangæ Xyloaloes

Foliorum Rura siccorum } ana ℥ ij. ℞.

Anisi Fœniculi

Dauci Grecici, vel eius loco Cari seminis aromatici

Probe trita omnia excipiantur libris tribus Mellis despumati ex infusione vini Dactylorum & aqua Hordei, in qua post lotionem Pineæ & Amygdalæ maceratae sunt.

Tota compositio est fere lib. v. & ℥ xj. Dosis ab ℥ β. ad ℥ vj.

T 5

Hæc

Hæc compositio ad evacuandos crassos humores facta est.

ELECTVARIUM INDUM.

Dissuadet præparationem Electuarii Indi noster Rondeletius; quia non multum differt à Diaphœnico. Adstringentia & attenuantia Electuario Indo addiderunt, quæ deteriore potius compositione fecerunt, & depravarunt, ut exploranti facile patebit.

LENITIVA à CASSIA.

medicamenta.

E Cassiæ Ægyptiæ siliquis à diversis auctoribus multa & varia medicamenta lenitiva descripta, minime paranda aut dispensanda censentur, quia vel acescunt vel exiccantur, & eorum laxandi vis perditur.

FLOS CASSIÆ,

seu Cassiæ extracta.

E Cassiæ recentis & prægnantis fistularibus siliquis pulpa elicitur, quam Florem Cassiæ & Cassiam extractam vocant: Sed cum Cassiæ Siliquæ sive fistularis recens pulpa melius asservetur in sua theca, quàm excreta; quid extractione ante usum opus est? Triplex Cassiæ extracta in officinis

pro;

proftare folet: Caffia extracta fine Sena & cum Sena; Caffia extracta cum Manna; Caffia cum Saccharo & cum Melle, pro Clyfteribus & pauperibus. Si præfcribatur à medicis, paretur hoc fequenti modo.

CASSIA *extracta communis*
Nicolai.

℞. Florum Violarum
Violarie five foliorum Violarum;
Malvæ,
Mercurialis, Betæ
Parietarie ana M. j.
Absinthii Pontici five vulgaris M. ſ.
Herbæ iſtæ virides coquantur artificioſe in ſ. q. aquæ; è cuius colato abluæ filiquas Caffiæ; & dilue in eius portioncula pulpæ Caffiæ ℞j. Mellis ex reliqua colati parte deſpumari ℞ſſ. Percoquantur lento igne ad electuarii formam.

DIACASSIA cum MANNA non multum differt à Diacatholico, niſi Sena, Rhabarbaro & Polypodio.

DIACATHOLICON *Nicolai,*
vel potius è Dia-catholico
Liquamentum.

Huius univerſalis medicamenti varia eſt deſcriptio. Exemplaria vulgata habet
T. 6 pro

pro pulpæ Cassiæ Thamar-Indorum ana
 ℥ duabus Sacchari ℥ ij. id est ℥ xxiiij. An-
 dernachus autem pro ℥ ij. Sacchari perpe-
 ram addit Cassiæ & Thamar-Indorum &
 Senæ mundatæ ana ℥ viij. Rondeletius
 vero ℥ vj. mediocritate fretus. Hoc Ca-
 tholicon lene, sive mire, in suavissimam &
 lenissimam, cum Cassiæ operatione maxi-
 me convenientem compositionem, rede-
 gimus: quam è Diacatholico Liquamen-
 tum sive Extractum diximus; neglecto
 Diacatholico maiore Fernelii, quod reci-
 pit Turbith & Diagridium, ab his beni-
 gnis medicamentis & intentione Nico-
 lai multum aliena. Paretur ergo in hunc
 modum:

℞. Radicum Filiculæ sive * Polypodii re-
 centium, fol. Senæ mundatorum ana
 ℥ xvj.

Glycyrrhizæ rasæ

Anisi ana ℥ ij.

Seminis Fœniculi ℥ j.

Foliorum Violarum M. iiij.

Florum Violarum M. j. β.

Quatuor seminum frigidorum maiorum
 ana ℥ j.

Contusa omnia, dempta Sena, & semi-
 nibus frigidis, floribusque Violarum, 24.
 horas vel biduo aquæ pluvialis ℥ v. vel q. s.
 madefacta, decoquuntur leviter ex arte in
 balneo Mariæ; mox paulo antequam ab
 igne

igne deponantur, Senam adiciunt, cum feminibus frigidis & floribus Violarum; maceranturque calide aliquot horas in balneo. Vbi tantisper refrixerint, linteolo excolantur, & leniter exprimuntur, ne Polypodii & Senæ vis adstrictoria eliciatur. Colatum iterum decoquitur, dum mellis crassitudo fiat, adiectis Sacchari boni subrubri, perdulcis, vel albi pinguis ꝑ iiij. Postea ab igne remotis adde Floris Cassiæ, vapore decocti præscripti extractæ, & Thamar-Indorum ana ꝑ vj. Sacchari candi & Penidiarum ana ꝑ j. ꝑ. Succi vel Infusi Ros. ꝑ iiij. Æstate addi poterit decocto libra una succi Mercurialis defæcati & purificati, & pro divitibus in singulas ꝑ scrupulus vel ꝑ ꝑ. Rhabarbari selectissimi.

* Polypodii magna [*secundum Rondeletium*] aut crassamentum, quia copiosos flatus gignit, ventrem lædit, eumque magis obstruit quam reserat, leviter Polypodium decoquendum iussimus, ut efficacius suas vires, easque suaviores, exferat. Decoctionem enim mediocrem sustinet, quemadmodum Sena & Turbith, ut monuimus in nostris Stirpium Observationibus Latinis. Ponderus eius etiam adauxi, quia vili emitur, pauperum commodo; longeque maiori pondere in decoctis, uti Sena, & alia permulta, quam in substantia, ut vulgus loquitur, assumitur.

Aliqui omittunt Saccharum Penidiarum; levi incommodo, quia Penidiæ parantur ex Saccharo pingui, leniente.

ELECTVARIUM LENITIVUM.

Elect. Lenitivum convenit cum Diacatholico & Diacassia; quare eo carere possumus. Hæc de Electuariis lenioribus sufficiant, pluribus humoribus, exustis potissimum, expurgandis idoneis.

DIA-SEBESTEN.

Dia Sebesten Montagnanzæ bilem tenuem evacuat. In Italia & regionibus calidis magis usitatum quam in hisce frigidis tractibus, ubi raro dispensatur, quemadmodum Elect. è Psyllio Mesuzæ, quo etiam carere possumus. Recipit copiose Scammonium cum trochis. è Spodio vel Antispodio, ex Oxyacantha, trochis. Diarrhodon, quo Scammonii vires remissiores sint, & alvi fluores dispendiosæ vitentur. Pro hisce inusitatis Electuariis medicus doctus facile Cholagogum Rosatum decocto convenienti sive è Myxariis sive è Psyllio, Fumaria, Epithymo, Eupatorio, Rhabarbaro & huiusmodi, pro ratione & natura morborum, diluit.

ELECTVARIUM è Succo Rosarum Nicolai fortissimum est cholagogum, & minus castigatum aut emendatum.

Anti-

Aneidotus sive CONFECTIO HAMECH,
apud Mesuem.

Ex veterū Antidotis retineat hanc confectio-
 nem neoterici, ob insignes vires ad
 omnes morbos ex pituita salta, flava bile,
 adustisque humoribus ortos, & pravos
 eorum ichores; scabiem, impetigiam,
 elephantiasim, luem Veneream, & quævis
 cutis & cuticulæ vitia. Improbandi tamen
 sunt qui hac compositione utuntur in pi-
 tuita crassa evacuanda, ob Myrobalanos,
 quæ magis impingunt materiã lentam, ex
 Galeni & antiquorum sententia. Sed quia
 hæc compositio (ut scite monet Ronde-
 letius) sine arte composita videtur, &
 contra theoremata à Galeno, Mesueo &
 aliis tradita, (nam infunduntur diutius
 & coquantur maxime inæqualia, ut Poly-
 podium, Myrobalani, Agaricus, Colo-
 cynthis, Rhabarbarum &c.) lubuit eius
 parandi rationem explicare. Quid enim
 opus quinque diebus in macerando Poly-
 podio ex sero lactis? cū nostra aras ipsum
 Guaiacum, lignum durissimum, eiusque
 cortices, & huiuscemodi, 24. horis aqua
 tantum feliciter maceret. Serum autem
 diutius asservatum facile acefcit, sitam
 ducit, & putret. Octo vel 10. horarum
 Rhabarbari infusum (preterquam in alvi
 fluo-

fluoribus, ventriculi & intestinorum imbecillitatibus, lubricitatibus & levitatibus à bile alimentis permixta, ubi solemus exhibere fortem Rhabarbari expressionem, & ipsum Rhabarbarum in tota substantia) commēdatur à perbonis medicis, ne vis adstrictoria eliciatur. Hæc monuimus, ut nonnulli è nostris pharmacopœis sint paulo diligentiores in parandis pharmacis, ediscantq; rationem componendorum medicamentorum, quâ ipsi modum faciendi vocant.

R. Myrobalanorum flavarum ʒ iiij.

Cepularum Indarum

Rhabarbari

Epithymi ana ʒ ij.

Agarici Colocynthidis

Polypodii querni ana ʒ xvij.

Absinthii Thymi

Senæ ana ʒ j.

Violarum ʒ xv.

Anisi Rosarum Fœniculi ana ʒ vj.

Succi Fumariæ Mercurialis ana ʒ x.

Pruna numero sexaginta

Vvatū passarum à vinaceis purgatarū ʒ vj.

Polypodiū leviter contusum, cum Passulis, Absinthio, Prunis, Fœniculo & Aniso 24 horas madefactum ex seri lactis asinini vel caprini q. s. in vase oris angusti obturato, fervefac aliquot levioribus ebullitionibus; deinde addatur Colocynthis.

this contusa & forficibus incisa, cū Agarico, nodulo laxo excepta: Thymum, Epithymum, Myrobalani, Sena, Violæ, Rosæ & Rhabarbarum macerentur 12. horas, & unice fervefactione parumper decoquantur, addito Succo defæcato Fumariæ, quia paucam aut fere nullam sustinent decoctionem. Cola leniter exprimendo. In colati portiuncula dissolve Mannæ ꝯ ij. & coletur. Coque igne tantillo colati reliquam portionem, addita sesquilibra Sacchari boni, usque dum mellis crassitudinem habeat. mox ubi refrixit, repenti adhuc syrupo misce Cassiâ, Thamar-Indos, Mannam & Scammonii præparati ꝯ j. ꝑ. paulatim inspergendo pulverem hunc:

Myrobalanorum flavarum

Cepularum

Indarum ana ꝯ ꝑ.

Bellericarum

Emblicarum

Rhabarbari

Seminis Fumariæ ana ꝯ iij.

Seminis Anisi Spicæ Nardi ana ꝯ ij.

TRYPHERARUM *differentiæ.*

Tryptherarum variæ sunt descriptiones. Quæ Galeno adscribitur apud Mesuem, recipit multa quibus Galenus nunquam usus est, ut sunt Moschum, Ambar, Caryophylli,

phylli, Nux myristica, Macis & Santala.

Tryphera magna Nicolai cum Opio paratur, & sine Opio; sed cum Opium auferretur, adimendi Hyoscyamus & Mandragoras; cum non minus sterilibus mulieribus adferentur quam Opium.

Est & alia Tryphera minor, ad differentiam maioris, ex arte Phenonis. Item Tryphera Moschata Mesuæ &

Saracenicæ duplex { Mesuæ, &
Nicolai.

TRYPHERA *Persica.*

Trypheram Persicam Mesuæ, quia apud multos usu recepta, & à medicis Rhodomagenisibus & Rondeletio comprobatur in refrigerando ventre, eodemque relaxato confirmando & roborando, omnesque humores fere evacuando cum astrictione, & refrigeratione, sine ulla ventris læsione, retinimus, delicatis & imbecillis tutiorem futuram quam Antidotum Hamech; ob Diagridium & Colocynthida: quamvis validiora medicamenta mitescant cum aliis in pauca quantitate exhibita. Sic enim paratur.

℞. Succorum Solani

Endiviæ sativæ

Apii defæcatorum ana ℞ ij. aut q. s.

Succi Lupulorum ℞ j.

Pru.

Pruna Damascena numero 1.
 Violarum recentium & Rosarum recentium ana \mathfrak{z} iij. vel \mathfrak{z} vj. Succo, penuria Rosarum recentium siccarum.

Foliorum Senæ
 Myrobalanorum Citreorum
 Cepularum
 Indarū confricatarū in oleo amygdalino dulci

}
 }
 } ana \mathfrak{z} iij.

Agarici \mathfrak{z} j.
 Cassiæ \mathfrak{z} β .
 * Epithymi \mathfrak{z} v. * pro \mathfrak{z} 4. Epithymi, ut in veteri exemplari legitur, Cordus, Antica \mathfrak{z} iij.

Fervefac paulisper, dotarium Florentinum & alii nonnulli \mathfrak{z} 40. legunt. Succorum autem prescriptorum \mathfrak{P} j. Quæ quantitas longe superat omnia huius medicamenti simplicia: adde quod calidior foret eius operatio, & succi ingredientia vix caperent quæ infundi debent: eoque quidam decoquunt, & infundunt in balneo occluso. Syrupus ex Epithymo Mesna, cui nomen ab Epithymo tanquam precipuo agente, \mathfrak{z} xx tantum Epithymi primo loco habet.

cola, & in colati dimidio dissolve
 Pulpæ Thamar Indorum \mathfrak{z} iij.

Pulpæ Cassiæ \mathfrak{z} iij.

Mannæ \mathfrak{z} j. β .

Io-Sacchari sive Sacchari Violati \mathfrak{z} xii.

Alteri colati parti adde Sacchari optimi \mathfrak{z} xxxvj.

Aceti

Aceti boni ℥ j.

Coquantur igne lenissimo, & supradictis
commisceantur.

Deinde adde sequētia in pulvere redacta:

Rhabarbari selecti ℥ ij.

Myrobal. Citrinarum ℥ j. ℞.

Indarum

Chebulatum ana ℥ j.

Bellericarum

& Emblicarum ana ℥ ℞.

Seminis Fumarie

Trochiscorum Diarhodon

Macis Mastiches Cubebarum

Spodii vel Antispodii è Myrto vel Cydonio

Santali citrini ana ℥ ij.

Seminum Cucurbitae

Citrulli

Melonum

Cucumeris mundatorū

} ana ℥ ij. ℞.

Anisi ℥ ℞.

Spicæ Nardi ℥ ij.

Tenuissime trita involvantur oleo Viola-
to: & fiat omnibus mixtis Electuarium ar-
tificiose.

*PILVLÆ AGGREGATIVÆ,
ex inventione D. Mesue, inter om-
nes Aggregativas potissima.*

Quia omnes humores implicatos è capi-
tē, ventriculo, hepate & visceribus eva-
cuant,

quant, Catholicæ vocantur, aut Diacatholico comparantur: & quoniã ad multa utiles, multique usus quotidiani, earum descriptionem damus ex veteri exemplari depromptam.

℞. Myrobalanorum Citrinarum

Raved seni ana ꝓ iiij.

Succi Eupatorii Mesuæ, id est Agerati
Diosc. seu Herbæ S. Mariæ

Succi Absinthii ana ꝓ ij.

Diaeredii sive Scammonii præparati succo Rosarum

Turbith boni. Aloës ana ꝓ vj.

Myrobal. Chebularum Indarum

Agarici candidissimi

Colocynthidis

Polypodii ana ꝓ ij.

Mastiches

Rosarum

Salis Gemmæ

Epithymi

Anisi

Zingiberis ana ꝓ j.

Elect. Rosati Mesuæ q. s.

Fiât pilulæ. Ne fortiores sint, formentur cum Elect. è Succo Ros. ait Rondelerius.

In his pilulis hoc reprehensione dignum, quod vulgus pharmacopœorum, Cordum, Wecherum & alios sequēs, tum in Superiori Germania, cum & Inferiori, pro Eupatorio Mesuæ, Gratiolam, visceribus

ribus impendio efficiatum hostem, substituunt. Ageratum enim esse Mesuæ Eupatorium, superabunde docuimus in nostris Stirpium Adversariis.

HIERA AROMATICA,
sive Pilule ex Aloë aromatica.

℞ Aloës Succotrinæ aliquoties maceratæ
succo Rosarum rub. & exsiccatae in cli-
bano ℥ iij.

Agarici Trochiscati tenuissime triti ℥ iij.

Cinnamomi

Rad. Afari

Spicæ Nardi

Mastiches

Garyophyllorum

Macis

Galangæ

Schœnanthi

Xyloaloes

Croci

} ana ℥ j. ʒ ℞.

} ana ʒ ij.

Cum Syrupo è Stœchade excipiantur.

PLURA iam non excutiemus, freti, D. Ron-
d. letii Pharmaceuticam Officinam mendis innu-
meris vindicatam, tandem in publicum proditu-
ram.

Quærenti autem Medicamentorum varia &
comprobata genera, eiusdem Rondeletii Remedio-
rum formula obiiciantur.

QUIA vero in hisce Aquilonicis pla-
gis

gis tot Sepularii, Salgarii potius quam pharmacopœi, Barbitonfores, Lithotomi, Circumforanei, Agyrtæ, Ludimagistri, medicamentarii indocti, & sacrificuli vasti, rapaces & lucri avidissimi, nulla medicinæ parte illis probe peruestigata, per hominum mortes experimenta agitantes, tam repente hodie Medici aut potius medicastrî fiunt: qui tandem in locum experientissimorum Medicorum irreperunt, magno ignaræ gentis, rudis & rusticæ turbæ applausu: apud quos sorder, laceratur & male audit ars Medica divina, nobilissima & antiquissima, summo ægrotantium dispendio, & tædio proborum medicorum; consulto dataque opera eatenus & parcius attingimus, imo prætermisimus (tanquam nefas plagiumque profanate & perdere artem) medicatos succos sive nobilissimâ Liguamenta, Extracta Cathartica vocata, quæ longe minori noxa & mole, maiori cum efficacia in corporibus egregie operantur; tamdiu, usq; dum leges cessabunt in hos indoctos & inexpertos carnifices, qui se medicos profitentur, ubi aliquot remediorum formulas memoria didicerint, animadvertere.

S V C.